U
in 4°
47
SORBONNE

DROITS
ET ACTES
DE L'UNIVERSITÉ
SUR LA
DOCTRINE

BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ

Table

des ouvrages

Contenus dans ce Volume

1. Sententia dominorum deputatorum, quibus Sacra Facult. Theol. Paris. curam commisit observandi ea omnia quae spectant approbationes librorum, et cautiones quae in iis concedendis debent adhiberi.

2 Arrets de la cour de Parlement, rendus les 24 Juillet et 1er Aoust 1626. touchant le nombre de Docteurs que les religieux mendiants peuvent députer pour la faculté de Theologie de Paris

3. Arret du Parlement du 11 Aout 1646 confirmatif des arrets du 24 J^{t} = 1er Aout 1626.

4. Breve instruction sur ce qui s'est passé dans les assemblées de la facul. de Théol. 1er 7^{bre} 1 8^{bre} = 4 9^{bre} 1648.

5 Arret de la cour de Parlem. de Par. donné contradictoirement en faveur des docteurs mendiants en vertu des arrets 1552, 1621, 1626, 1648 et 1649

6. Lettre d'un ecclésiastique à l'auteur d'un ecrit intitulé : Réponse au Directeur inconnu

7 Factum pour les Superieurs et boursiers Théologiens des colleges de l'Université de Paris, contre les Docteurs profess. en Théologie des collèges de Navarre et de Sorbonne

8 Montempuys. (J.) Oratio habita in comitiis generalibus universitatis 22 Juin 1716.

9 idem. Oratio habita 1716 22 Juin. (le latin seulement.

10. Acta universitatis Studii Parisiensis (voir le N° a.n. 50.)

11. Declaratio Universitatis Studii paris. super apellatione ad futurum concilium generale, quam 5 8^{bre} 1718 interpos. a constitutione Pontif. quae incipit, Unigenitus Dei filius Romae 6 Sept. 1713 et a literis Pontif. romae all. 6 7^{bre} 1718.

12. Lettre des hibernois et des Arabes à l'Univers. d'Angers, sur son decret du 3 X^{bre} 1722.

UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote U 47 in-4

1154273493

U. 47 in 4° H. F. a. u. 47¹

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

SENTENTIA DOMINORUM DEPUTATORUM,

Quibus ſacra Facultas Theologiæ Pariſienſis curam commiſit obſervandi ea omnia quæ ſpectant approbationes Librorum, & cautiones quæ in iis concedendis debent adhiberi.

OMnes Magiſtri qui Comitiis interſunt poterunt ſupplicare pro lectione & approbatione Librorum, modo aliquot ante diebus dederint Syndico deſcriptum titulum Libri.

Singulis ſemeſtribus Facultas [1] nominabit ſexdecim Doctores: ſcilicet quatuor ex Domo Sorbonicâ, quatuor ex Domo Navarrica, quatuor ex iis qui nulli ſunt addicti Familiæ, quatuor denique ex Regularibus.

Iiſdem in Comitiis in quibus facta fuerit ſupplicatio, Syndicus cum duobus Conſcriptoribus ex iis ſexdecim Magiſtris à ſacra Facultate nominatis [2] duos ſorte ducent qui lectioni dicti Libri incumbant ſimul cum eo qui pro lectione ſupplicaverit: ita tamen ut inter illos tres Magiſtros ſemper aliquis Magiſter ſæcularis occurrat.

Præter illos tres Approbatores à Facultate Deputatos, poterunt & alii Magiſtri, ut ipſis libuerit, eundem Librum approbare: modò tamen plura Approbationum inſtrumenta non conficiantur, ſed omnes uni eidemque Approbationi nomen ſuum apponant.

Quicumque pro lectione alicujus Libri ſupplicaverit, ejuſdem Libri [3] manuſcriptum apographum ad ſacram Facultatem afferet, antequàm illud manuſcriptum Typis committatur.

Unuſquiſque trium Approbatorum integrum manuſcriptum perleget: quâ lectione abſolutâ collatis ſimul ſermonibus apud Antiquiorem è ſæcularibus Magiſtris, ſi qua animadverterint digna correctione, illa notabunt. Harum corectionum duplicem [4] Indicem conficient: utrumque nomine ſuo ſubſignabunt, ut & Author Libri, vel ille qui Libri curam geret, manebitque indiculus ab Authore vel ab ejus vices tenente ſubſignatus penes Antiquiorem ex Approbatoribus.

Poſtquam Typis mandatus fuerit liber, obſervabunt tres Approbatores utrùm omnia ſecundùm fidem indiculi fuerint correcta: tuncque Antiquior Deputatorum ſæcularis referet ad ſacram Facultatem nihil obſtare quominus hic Liber Approbatione donetur: quam Approbationem concedent, reddentque Authori indiculum correctionum ſervabiturque in Archivis ſacræ Facultatis exemplar Libri typis mandatum.

Erit autem Approbatio [5] ſimplex abſque elogiorum pompâ atque his concepta terminis.

Nos infrà ſcripti Doctores Theologi Pariſienſes teſtamur nos ex mandato ſacræ Facultatis legiſſe, examinaſſe, & cenſuiſſe Librum ſub hoc titulo (........) nihilque in eo deprehendiſſe fidei Catholicæ aut bonis moribus contrarium. In quorum fidem ſubſcripſimus.

Si verò Liber ſit Gallicè conſcriptus, Approbatio his erit terminis expreſſa:

Nous ſouſſignez Docteurs en Theologie de la ſacrée Faculté de Paris, certifions que par l'ordre de ladite Faculté nous avons lû & examiné un Livre qui a pour titre (....) & que nous n'y avons rien trouvé de contraire à la foy Catholique & aux bonnes mœurs. En foy dequoy nous avons ſigné.

Notæ ex Commentariis ſacræ Facultatis.

1. *Facultas nominabit ſexdecim Doctores*] Juxta concluſionem ſacræ Facultatis latam die 2. Julii anno Domini 1611. Honorandus D. Syndicus ſupplicavit ut ſeligerentur aliqui Theologi ex ſingulis familiis qui libros legerent &c. Cui ſupplicationi Facultas annuit, nominavitque &c.

2. *Duos ſorte ducent.*] Hoc ſcriptum eſt juxta concluſionem latam die 2. Aprilis anno Domini 1635. ſuper ſupplicatione Magiſtri noſtri de S. Simon petentis licentiam approbandi *le Seminaire d'Hermogene* per F. * * * cenſuit Facultas ut Magiſtri noſtri Parent & Bachelier viderent cum ipſo ejuſmodi librum & in poſterum duos Antigraphos nominandos qui cum Approbatoribus conferant de libris evulgandis.

3. *Ejuſdem libri manuſcriptum Apographum ad ſacram Facultatem afferet.*] Illud habetur in multis concluſionibus: præſertim anno 1611. die 17. menſis Julii. Honorandus Magiſter noſter Nicolaus Iſambert.... ſupplicavit ut caveret Facultas ne quis Doctor in poſterùm libros approbaret niſi antequàm typis mandentur... & apud ſe retento illorum librorum Autographo. De quibus omnibus ſic cenſuit Facultas. 1. Æquiſſimas eſſe propoſitiones à D. Syndico factas, ideoque in poſterùm ſtricte ſervari debere. Item ex alia concluſione anno D. 1643. die 1. Aprilis.

4. *Harum correctionum duplicem indicem conficient.*] Hoc legitur in multis concluſionibus. In concluſione lata die 1. Decembris an. 1623. ſic habetur Honorandus Magiſter noſter Fileſac Theologus Eccleſiæ Pariſienſis ſuaſit &c.... Quod ſi in libro deſignatus Magiſter unus aut alter vel emendanda vel expungenda animadverterit, ipſe horum omnium indiculum conficiat quem curabit vel ab ipſo Authore vel à Bibliopola ſubſignari eundemque apud ſe adſervabit.... Quibus articulis auditis & diligenter examinatis atque aſſenſu H. M. N. Petri de Beſſe Syndici firmatis, vetuit Facultas nequis Doctor ejuſdem ullum approbet librum niſi iis legibus & conditionibus ſupra expoſitis. Quæ & fuſius habentur deſcripta in concluſione lata die 1. Julii anno D. 1637.

5. *Erit autem Approbatio ſimplex, abſque elogiorum pompâ.*] Secundùm Concluſionem latam die 1. Auguſti anno Domini 1631. Sacra Facultas... porro decrevit neminem ex Magiſtris noſtris qui deinceps libros approbabunt debere recedere à veteri & uſitata formula librorum Approbandorum, quam unicam probat dicta Facultas.

Nous ſouſſignez Docteurs en Theologie de la ſacrée Faculté de Paris, certifions que par l'ordre de ladite Faculté nous avons lu & examiné un Livre qui a pour titre (. . .) & que nous n'y avons rien trouvé de contraire à la foy Catholique & aux bonnes mœurs. En foy dequoy nous avons ſigné.

Notæ ex Commentariis ſacræ Facultatis.

1. *Facultas nominabit ſuâ ex Doctores*] Juxta concluſionem ſacræ Facultatis latam die 2. Julii anno Domini 1611. Honorandus D. Syndicus ſupplicavit ut ſuggerentur aliqui Theologi ex ſingulis familiis qui libros legerent &c. Cui ſupplicationi Facultas annuit, nominavitque &c.

2. *Duo ſaltè docent.*] Hoc ſcriptum eſt juxta concluſionem latam die 2. Aprilis anno Domini 1633. ſuper ſupplicatione Magiſtri noſtri de S. Simon petentis licentiam approbandi *la Semaine à l'Uſage* per P. * * * cenſuit Facultas ut Magiſtri noſtri Parent & Bachelier viderent cum ipſo ejuſmodi librum & in poſterum duos Autographos nominandos qui cum Approbantibus conformè deſideris exiſtimandis.

3. *Ejuſmodi autem Approbationem ad ſacram Facultatem afferet.*] Illud habetur in alterâ concluſione prædictâ anno 1611. die 19. menſis Julii. Honorandus Magiſter noſter Nicolaus Humbert . . . ſupplicavit ut caveret Facultas ne quis Doctor in poſterum libros approbaret niſi antequam typis mandentur . . . & apud ſe retentâ alterâ librorum Autographo. De quibus omnibus ſic cenſuit Facultas. 1. Approbationes illic propoſitiones à D. Syndico factas; ideoque in poſterum ſtrictè ſervari debere. Item ex alia concluſione anno D. 1642. die 1. Aprilis.

4. *Habita conveniente duplicem indicem confecerit*] Hoc legitur in pluribus concluſionibus. In concluſione lata die 1. Decembris an. 1625. ſic habetur. Honorandus Magiſter noſter Fileſac Theologus Eccleſiæ Pariſienſis ſuaſit &c.... Quod ſi in libro deſignato Magiſter unus aut alter vel emendandum vel expungendum animadverterit, iſte ſortem omnium indiculum conficiat quem curabit vel ab ipſo Authore vel à Bibliopola ſubſignari eundemque apud ſe aſſervabit . . . . Quibus articulis auditis & diligenter examinatis atque aſſenſu H. M. N. Parent & de Syre dictis firmatis, voluit Facultas ne quis Doctor ejuſdem ullum approbet librum niſi iis legibus & conditionibus ſupra expoſitis. Quæ & fuſius habentur etiam in concluſione lata die 1. Julii anno D. 1657.

5. *Et earum Approbationem ſcriptam, ab ipſis ſingulariter ponendâ.*] Secundum Concluſionem latam die 1. Auguſti anno Domini 1631. Sacra Facultas . . . nemo deinceps quemquam ex Magiſtris noſtris qui deinceps libros approbabunt debere recedere à veteri & uſitata formula librorum Approbandorum, quam unicam probat dicta Facultas.